





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-612139-p0002-1

DFG

1720  
21.  
B. C. D.

1668, 31. M

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**CONFESSIOINE**  
**EXTRAJUDICIALI,**

QVAM  
MAGNIFICI JCTOR. LIPS. ORDINIS  
AUTORITATE

PRÆSID E  
VIRO, NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO,  
ATQVE CONSULTISSIMO

**DN. BARTHOLOMÆO LEON.**

HARDO SVENDENDÖRFFERO,  
J. U. D. ET INSTIT. P. P. CELEBER.

DN. PRÆCEPTORE, ATQVE PATRONO,  
OMNI, QVA, PAR EST, OBSERVANTIAE  
CULTU ÆTATEM SUSPICIENDO

PUBLICÆ ERUDITORUM VENTILATIONI  
SUBJICIT

**JOHANNES ELIAS Magdeburg/**  
FRANCOHUSA, THUR.  
AUTOR.

AD D. XXII. DECEMBER. ANNO M DC LXVIII.

---

LIPSIÆ  
TYPIS JOHANNIS GEORGI.





## Procœmum.

**I**nter modos insipientes in judicio convincendi, præter probationes ordinarias, siquidem si verum fateri licet, Confessio propriè species ejusdem neutiquam censetur: quia potius relevatio ab onere probandi est, & in multis ab eadem differt, prout hoc patet, ex c. I. C. 2. q. 1. c. at si clerici in pr. extr. de Jūdic. c. 10. de fid. Instrum. c. cum cau-  
sa b. extr. de Rapt. Clem. sapè verb. Sed quia positiones de V. S. Hinc Dd. quod statutum certo casu non admittens probationes, non videatur confessiones prohibuisse, prout hoc eleganter remonstrat Felin.  
in Rubr. extr. de Probat. n. 6. Bertach. in Repert. Jur. Vol. Confessio, col. 3.  
circa fin. Thesaur. Comm. Opin. sub Kirchovij lit. C. voce Confessio. refertur etiam Confessio, cuius quanta sit utilitas, quanta dignitas ex eo præpri-  
mis apparent, quod paratissimam quandoq; mereatur executionem,  
prout hoc ita in Curis Provincialibus horum locorum etiam tunc ob-  
servari, quando actor monitorium impetravit, & reus fatendo debitum  
respondit, ita ut neglecta & omissa recognitione executivè procedi &  
Qvæstori seu Præfcto immissio imperari possit, tradit eleganter Ma-  
gnâ autoritate Vir Carpzovius in Process. Tit. 1. Art. 3. n. 32. Porro &  
Jure Civilior est ea sententia, quâ convincitur, Confessionem in  
civilibus, (aliud enim in Criminalibus, quia in iis nemo ad pœnam te-  
netur, nisi condemnatus, Bachov. in Tr. Vol. 2. D. 23. th. 5. lit. b.) sive ante  
litem, sive post eam facta, nullam mereri sententiam, sed sufficere  
judicis præceptum, dariq; tantum spatiū, uti Judicato, quod patet  
ex l. 6. in fin. ff. de Confess. l. 3. in fin. b. l. eod. & tot. tit. de Confess. neque  
ullibi in toto Jure vel distinctio, an ante litem contestatam facta, an  
post eam fundata, vel etiam, quod semper requiratur sententia, repe-  
ritur. Quanta autem utilitas, quantaq; dignitas Confessionis est,  
tanta quoq; diversitas tantumq; discrimin exsistit in differentiâ Con-

fessionis Judicialis & Extrajudicialis; ita ut ea māiores hāc interdūm producat effectus, qvemadmodum hac de re videre est apud Autores hinc inde. Et cūm instituti mei jam sit, pro viribus à Deo concessis postremē Confessionis speciem, Extrajudiciale puto, (vidi enim & in evolutione juridicorum scriptorum judiciale satis & ubiq; abundē explicatam pertractatamq;) materiam per totum jus perq; ejus partes ferē omnes diffusam tractare, ideoq; sine ulteriore ambage ad rem ipsam, Divinā adspirante Gratia accedo, sitq;

## CAP. I.

### *De* Etymologiā, Homonymiā, Definitione & Divisione.

Th. I.

**A**Nequam definitionem Realem aggrediar, circa Nominis derivationem monito Imperatoris in l. 1. ff. de. J. & J. Solicitus esse deberem. Verum cūm putamen à Dd. jam sit fractum, ita ut eo melius nucleo nunc frui possim, non ulterius latè in ejus inquiram originem, sed remissivè tantum id, qvod huc collimat, traetabo. Derivetut itaq; Confessio à Præpositione CON. & Latino verbo FATERI Varro Lib. V. Latin. Ling. Don. Lib. 28. c. 1. Hinc etiam ab aliis qvibus definitur Confessio, qvod sit ejus, qvod ab adversario intenditur, asseveratio. Umm. in Proc. D. 13. th. 8. n. 35. Parthen. Litig. lib. 1. c. 2. n. 3. i. Vocabulum Extrajudicialis derivatur à Præpos. Extra, qvod loci interdum exclusionem significat, l. 1. §. 24. ff. de Aqu. Quotid. Calvin. in Lexic. Jurid. voce Extra & Lexicographi sparsim. Judiciale vero à Judicio. Judicium autem locum quoq; interdum, qvo lites tractantur, significat l. 1. si quis cauit. unde confessio extrajudicialis denotabit id, qvod extra locum judicii factum, qvamvis potius Judicium non locum, sed ipas personas illud constituendi denotet, & hinc simul ad extrajudiciale recte revocatur ea, qvæ qvidem in judicio, sed coram judice in competente facta, de qvā specie vid. thes. 4.

Th. 2.

Diversi modè autem Confessio Extrajudicialis sumitur (1.) Pro cautione l. 2. 3. §. 2. C. ad SCtum Vellei. Calvin. in Lexic. Jurid. sub. voce Confessio, & Godofred. in d. l. 23. C. lit. 1. (2.) Ea in Jure dicitur confessio extrajudi-

21.

trajudicialis, qvæ sit vel extra locum Judicij Bart. in l. generaliter. 13.  
C. de non num. pec. vel quidem in loco Judicij, sed coram Judice in-  
competenti c. 2. X. de Judic. c. et si clerici X. de Judic. libig. De. c. si diligen-  
ti 12. X. For. Compet. Gail. lib. 1. Obs. 37. Quæ significatio hujus loci.

Th. 3.

Definitur autem Confessio Extrajudicialis, quod sit Confessio, qvæ  
extra Judicium à personâ habili cum recto judicio parte præsente su-  
per factō litigioso cum causa in præjudicium sui fit.

Th. 4.

Singula autem hâc in definitione veniunt consideranda (1.) est  
confessio, qvæ loco generis proximi ponitur, non verò assertio tan-  
quam genus remotum. (2) Extrajudicium, ad indigitandum discriminem  
& differentiam Confessionis extrajudicialis & judicialis, & denotandum  
quod semper fieri debeat extrajudicium, per judicium autem non locū  
tantum, prout særissimè accipitur, ut in l. i. ff. si quis cauit. Sed etiam  
illud ipsum, quod in certis personis ad judicandum constitutis, con-  
sistit, & speciali nomine Judicium vocatur, hinc nec illa confessio,  
qvæ in loco quidem judicij, sed judice vel nullō assistente vel non pro  
tribunali, statim est judicialis, sed est & manet extrajudicialis, & per  
conseqvens iisdem qvoq; gaudet effectibus, de qvâ Conf. Jul. Clar. l. 5.  
§. fin. Pr. Crim. qvæst. 21. n. 35. Ubi rationabiliter asserit confitentem,  
coram Judice qvo tribunali non sedente non habere vim plenæ pro-  
bationis, sed tantummodò indicium ad torturam facere. Deinde  
qvando judicij facio mentionem, competens intelligo, si enim quis  
in judicio quidem, & coram judice confiteatur, sed tamen ille non est  
competens neutiquam confessio Judicialis censebitur, sed est & ma-  
net extrajudicialis, & ejus effectus pariter ac alias censemur prout hoc  
pluribus perseqvuntur. Jul. Clar. qvæst. 21. n. 23. Felin. ad c. & si clerici  
n. 5. & seqq. Meier. C. A. tit. de Confess. §. 6. & alij. Cur cætera ut à per-  
sonâ habili, super factō litigioso, cum recto judicio in præjudicium sui  
vid. infr.

Th. 5.

Dividitur (1.) Ratione causæ efficientis principalis in sponta-  
neam & non spontaneam. (2.) Ratione causæ instrumentalis, qvædam  
fit ore, qvædam Scripturâ; Hæc posterior iterum est duplex, qvædam  
enim fit instrumento publico, qvædam privato. (3.) Ratione materiae

A 3

subjectæ

subiecte quædam Criminalis, quædam civilis. (4.) Ratione formæ, quædam jurata, quædam non jurata, quædam simplex, quædam iterata, quædam pura, quædam qualificata. (5.) Ratione effectus, quædam obligatoria, quædam liberatoria.

## CAP. II.

### De Causa Efficiente.

Th. 1.

Causa Efficientis est vel principalis vel instrumentalis, Principalis est voluntas certa, ab ipsâ personâ habili facta.

Th. 2.

Voluntatem dixi, ad indicandum verum subiectum, quod est homo, de nullo enim alio potest, quod confiteri possit, quam de homine.

Th. 3.

Certa debet esse ad removendam erroneam, quæ autem, cum iterum sit duplex Juris & Facti, ideoq; hoc in casu distinctè erit procedendum; ita nempe ut confessio ex ignorantia Juris naturalis, quia hæc neminem excusat l. 2. C. de in Jus voc. confitenti non prospicit, quod & de Jure Civili, si in lucro captando, aliud si in damno vitando confitens occupatus est, propter l. 7. 8. 9. ff. de Jur. & fact. ignor. dicendum erit. Limitantur tamen dicta (I.) in jure intricato & dubio Berlich. p. 2. concl. 22. n. 4. Sim. de Præt. de Interpret. ult. vol. lib. 30. salut. 12. n. 20. col. 2. (II.) In personis privilegiatis in Jure, ut in pupillis, rusticis, mulieribus, militibus &c. d. l. 9. ff. de Jur. & fact. ignor. Confessio vero ex ignorantia facti proprii quidem omnino nocet confitenti l. 7. ff. ad SCtum Vellej. & ibi Godofr. lit. s. nisi in re amittendâ de quâ vid. l. 22. §. 1. de condic. indeb. l. 47. §. 1. ff. de Pact. l. 7. de Confess. Alieno vero non nocet quocunq; casu. Qui plura desiderat videat Dd. ad Tit. ff. & C. de Jur. & fact. ignor. Panorm. ad cap. ex parte extr. de Confess.

Th. 4.

Tandem dictum in th. 1. quod principalis requirat personam habilem, quo denotatur esse quasdam, quæ vel in totum, vel ex parte confiteri non possunt, & hæc à Dd. hinc inde recensentur, ut (I.) Pupillus, de quo elegansissime & distinctè scripsit Panorm. in d. c. ex parte X. de

*de Confess.* Hoc modo, quod ille regulariter confiteri non possit *l. 6. §. 5.*  
*de Confess.* Regulariter dixit, quia alias distingunt ita, aut confessio emanat ab infante, qui infra septem annos est, & ei, licet tutoris autoritas adfuerit, confessio nihil nocet, quia illa ætas, quicquid facit, ignorat, *l. 1. C. de fals. monet.* & hinc ad judicium vocari non possit, *l. 4. de in Jus Voc.* *l. 1. §. 2. de Admin. tut.* Aut major infante, sed non adultus, ut impubes, si masculus infra 14. fœmina verò infra 12. Et tunc iterum distinguitur secundum *princ. Inst. de Aut. Tut.* cuius contenta brevitatis ergo, & quia alias satis nota illa doctrina, hic omitto & B. L. ad illud remitto. Hoc, sive tutor adsit, sive non, nihilominus valet ejusdem confessio in tali actu adhibita, & hinc *l. 14. de sponsal.* elegantem exhibit casum, ubi talam confessionem ratam habet Ictus, quando nimis pupillus Sponsalia contraxit. In his verò nulla est ejusdem confessio, quia nec testamenta eorundem valent, nec alii actus mortis causa per *§. 1. Instit.* *Quibus non est permitt. fac. test.* *l. 19. qui testam. fac. poss.*

Th. 5.

(II.) Furiosus. Hic enim dicitur nullam habere voluntatem, *l. 47. de acqvir. hered.* voce carere *l. 7. ad SCtum Trebell.* non quidem propterea, quod fieri non possit, sed quia sine ullo iudicio loquitur, unde etiam absens fingitur *l. 124. §. 1. de R. J.* quod non magis in rem consentire possit, quam si absit aut dormiat. Günzel. ad d. *l. 124. ff. de R. J.* Facit quod infanti comparetur *l. 5. §. 2 ad L. Aqvil. tit. de bon. poss. furios. infant.* & aliæ leges. Quod tamen non aliter intellectum volo, quam de furioso quatenus tali. Si enim interdum furor in tali personâ ad tempus desinit & intervalla habet, tunc omnino, quæ sanæ mentis homo agit, agere, & ita per consequens confiteri potest. *l. 6. C. de Crat. Furios.*

Th. 6.

(III.) Mente captus. Licet hic differat à furioso, cum ille propriè furiosus vocetur, qui est cum rabie evidenter furoris. Mente verò captus, cui mens & animi consilium de est, Bal. in *l. si furiosi 25. C. de Nupt.* & *l. humanitatis 9. C. de Impub.* & alius subst. vers. venio ad quartam. Tamen cum in hoc recte furioso æquiparari possit, ideoque cum validè confiteri posse merito negatur.

Th. 7.

(IV) Prodigus. Furiosis enim similis dicitur & prodigus iisdem privi-

privilegiis ac juribus gaudet l. furiosi 49. ff. de R. J. t. t. C. de Curat. furios.  
Everhard. Loc. top. 73. qvæ tamen assertio limitatur (1.) in matrimonialibus, ex eâdem ratione, qvod comparatio ista in furiosum & prodigiū saltem procedat qvoad bonorum administratione & contractus l. i. pr. C. de Curat. furios. l. 12. ff. de Tut. & Curat. (2.) In Criminalibus qvia prodigalitas per se est nequitia & maleficium l. i. C. de Curat. furios. & penam meretur, qvapropter etiam eum torqueri posse rectè statuit Boer. Tr. de Qvæst. c. 4. n. 11. Carpz. Pr. Crim. qvæst. 118. n. 27. An vero distinctio qvædam facienda sit inter delicta, qvæ faciendo, & qvæ in omittendo vel negligendo consistunt, ita ut in illis excepto casu, si quis in tantum 7. C. unde vi. majori sanæ mentis prodigus æquiparetur. In his vero non. de hoc vid. Eberh. in Loc. Topic. 73 n. 8.

Th. 8.

(V.) Iratus. per l. 48. de R. J. glos. in c. ex literis extr. de diuort. Ubi tamen requiruntur (1.) qvod iracundia talis sit, qvæ mentis alienationem inducit per c. dudum 20. extr. de Conver. conjug. ibi Dd. & ita consensum alteret, ut suus non sit, qvemadmodum ita Dd. furiosum cum irato comparant. Fe. in. in c. 1. sicut extr. de Jurejur. (2.) ut non perseveret in tali confessione, qvia perseverantia animi indicium ostendit Conf. l. 3. de diuort. l. si filiam 19. ibi si non inconsulto calore C. de inoffic. testam. & in l. si non convitij 5. C. de injur. Cagnol. ad d. l. 48. ff. de R. J. n. 2. & 15. Quantum autem tempus requiratur intra qvod revocare debeat id qvod ex ira confessum docet Decius add. l. 48. ff. de R. J. & Bos. in tit. de homicid. n. 59. n. 38. & seqq. ubi 30. dies Decius requirit per ibid. alleg. II. (3.) ut probetur aliqua iracundia qvia alias sequeretur, qvod semper confessio prætextu iracundiæ asserta revocari possit, Conf. cap. fin. de Confess. l. proinde C. ad L. Aquil. l. si confessus C. de custod. Reor. Conf. August. Bero in c. ad si clerici extr. de Judic. n. 13. ubi dicit confessionem extra-judiciale tamdiu nocere, qvousq; iracundia fuerit probata. Conf. Alex. Nev. in c. ex literis extr. de diuort. n. 16. & seqq. Limitatur tamen, non procedere hoc assertum in delictis præprimis atrocioribus, quia ibi ira in totum non excusat de quo vid. Cagnol. d. l. n. 6. & seqq. Gunzel. ad. d. l. 48. de R. J.

Th. 9.

(VI.) Ebrius. Qvia nescit, qvid loquitur, qvapropter etiam ignorantia & intelligentia carere dicuntur per c. 7. C. 15. q. 1. unde quoq; nec

21.

nec contractum nec testamentum ejus valere nec testem esse posse statuitur à Dd. Comparantur enim furiosis & infantibus, qui mente carent vid. d. c. 7. C. 15. q. 1. Et hīc iterum duo adesse necesse est (1.) ut probetur ebrietas tempore confessionis adfuisse (2.) ut animus sit ebrietate devictus: modica enim ebrietas, quo minus confiteri quis possit, non obstat. *Masc. de Probat. Concl. 579. ibid, cit.*

Th. 10.

(VII.) Nec etiam deniq; illa confessio valet aut nocet, quando quvis ironice vel ex Joco aliquid confitetur, quia tales locutiones consensum obligatorium non habent l. 3. §. fin. ff. de O. & A. Conf. *Masc. de Probat. Concl. 609. n. 15.*

Th. 11.

An verò minor ætas confessionem nullam faciat, de hoc hīc quærere lubet? Et verius est secundum l. certum 6. §. 5. ff. de Confess. minorum quidem confiteri etiam sine Curatoris autoritate posse, sed postea restitutionem eum habere l. 9. §. 2. de minor. Qvod tamen communiter procedere limitant, si persona ipsa minoris sit in quæstione, ita ut illam confessio tangat v. g. in matrimonialibus, tunc enim omnino minorem sibi confitendo obesse etiam sine Curatore posse per l. 8. C. de Nupt. l. 20. de R. N. tradunt, & hoc in Civilibus; *Conf. Mascard. de Probat. Concl. 371.*

Th. 12.

Hactenus de personis ipsis, quæ per se confiteri non possunt, jam accedimus ad illas, quæ respectu alterius non sint admittendæ, quorum in numero recensentur, Tutor, Curator, Procurator, Advocatus, in genere omnis Administrator, quia talis Confessio est quasi species alienationis, quæ Tutoribus, Curatoribus, aliisq; administratoribus non nisi in casu necessitatis concessa *Tusch. concl. 669. n. 10. & ibi alleg. Br. in l. 1. col. 2. de Confess.* Ut autem plenius hoc explicetur, requiritur (1.) illam Confessionem non esse necessariam, hoc enim casu tales personas confiteri posse, per l. 25. §. 1. ad L. Aquil. probant Dd. (2.) Limitatur in confessione, facta in inventario publico à Tuteore ibidem nominato, prout hoc *Masc. Concl. 370. n. 4.* notat. Et (3.) in confessione facta in apacha tutoris de recepto, secundum l. *Lucius Titius 46. §. tutela 5. de Admin. tut.* prout hoc tanquam exceptionem à regulâ rectissime docet *Bertach. Repert. Jur. sub voce Confessio tutoris.* Et quamvis

B

Bart.

**Bart.** add. l. in eâ sit opinione, ut ista Confessio in apochâ, de quâ d. s. mentionem facit, plus quam confessionem in se contineat; tamen quia difficile est hoc eruere, ideoq; tertiorem viam Bertachini secutus sum, ubi tamen obiter hoc addo, quod ista tutoris confessio in apochâ quamvis omnino valeat, & is, in cuius gratiam facta, liberetur, quia tutori recte solvi potest l. 14. §. 1. 5. de solut. Attamen effectivè & respectu habito ad tutorem pupillo econtrà non noceat, sed per d. s. eundem tutorem convenire nihilominus potest. Accedit generalis doctrinâ Dd. qvi concludunt. Tutores, Curatores, Procuratores, si confessi suo nomine teneri ac conveniri posse per l. 26. §. 1. ad L. Aquil. l. 9. §. 4. de Interrog. (4.) In specie in Advocato, quando is aut vi & ex mandato, aut quidem sine eo, sed postmodum ratificante cliente confessus est; arg. l. 1. 3. C. de Error. Advoc. Hunn. Encyclop. p. 2. l. 16. v. 6. n. 8. Modo non quid falsi dolosè dixerit, aut ab adversario dictum admiserit, arg. l. Dictr. 33. de Re judic. Quemadmodum hoc ex Donell. l. 18. c. 4. post lit. a. limitat Dn. Brunn. ad d. l. de Error. Advoc. & ibi Hillig. (5.) Debitor in casu quando scriptura aliqua vel alio quoq; instrumento de debito quodam, quibusdam etiam assertis creditoribus fateatur, eam, que postea concreditor contra alios creditores in concursibus præprimis, quia ibi etiam creditoribus de alterius debitiveritate quereret & contendere licet, instar probationis debiti alleget, tunc enim neutquam valet, nisi aliunde & magis, quam per nudam confessionem de debito revera constet, sed creditor posterior, de cuius vera numeratione constat, priori, qui tantum habet confessionem debitoris, preferitur arg. l. Titius 4. ff. quæres pign. dar. poss. Nov. 48. c. 1. §. 1. Conf. Masc. de probat. Concl. 372. Aliud tamen in creditoris confessione, si liberationem quandam in se contineat, ea enim probat solutionem, de quo latius. Masc. de Probat. Concl. 372. (3.) Cedens quoq; in detrimentum cessionarii nullo modo confiteri potest, sed ita facta in præjudicium ipsius cedentis effectualem inducit probationem. Masc. de probat. concl. 374. & Franz. Hercul. Perus. Tract. de neg. Prob. n. 198. limit. 41.

minima-

Quid de moribundo dicendum an & ille validè confiteri possit, videndum est? Ubi rem sequenti restrictione expediendam tutius & clarius esse duxi, aut enim moribundus confiterur extra ultimam voluntatem, aut in ea: Priori casu iterum separamus causas civiles à cri-

21.

minibus. Et ita respondeo ad quæstionem, qvod si quis confiteatur extra testamentum in civilibus, tunc si ea directa est in ipsius confidentis propriam personam, sive fiat ad liberandum, ut si quis dicat, confiteor debitorem meum me soluisse, omnino confitenti potest & talis confessio liberat debitorem in totum, sive ad obligandum, ut si confitear me emisse à Titio hanc vel illam rem, nullatenus repellitur confitens arg. ab ultimis voluntatibus ad actus inter vivos ex l. 4. de fals. caus. adject. de sumpto Perez in tit. C. de Confess. n. 20. Qvod si vero quis in præjudicium tertii quid afferat, nulla est confessio, prout eam hoc loco consideramus, nec etiam valet per dispositionem expressam Nov. 48. c. 1. s. 1. Nisi alia adsint adminicula tunc enim eam operationem quandam habere tradunt Dd. In Criminalibus, ut si quis vulneratus, in articulo mortis confiteatur, hic me ita vulneravit, nihil operatur, quia propria agitur vulnerati causa, in qua sibi nullus est testis habilis l. nullius 10. ff. de testib. l. 9. C. eod. Deinde quia nec in civilibus hoc procedit prout in antecedentibus dictum, cum tamen in criminalibus major certè probatio, quam in civilibus requiratur Dn. Brunn. Repet. Wesenb. tit. de Quæst. & Tort. q. 13. Zæf. n. 24. Qvod ampliatur (1.) etiam tunc procedere, si sit vicinus morti. Nam & in tali casu non haberi fidem dicto expressam docet l. 3. s. 1. ad Sctum Silan. (2.) Etiam si juramentum acceperit, quia nec hoc actum per se invalidum & contra leges valere facit. (3.) Ampliatur in casu, quo difficilis adest probatio, cum nusquam in jure reperiatur cautum qvod ob difficultatem probationis credi debeat alicui in propriâ causâ. Limitatur vero Regula in casu, quo alia occurruunt adminicula, per quæ assertio & moribundi & offensi juvetur, tunc enim valet, non quidem in totum, sed in tantum ita nimimum, ut ad torturam perveniri possit, ob text. clarum in Const. Carol. art. 27. iunct. art. 25. vers. 3um Sechsten Zæf. supr. alleg. n. 24. & recenti à B. Dn. Carpz. Pr. Crim. q. 120. n. 54. Aliud tamen, si ad excusandum, ut cum quis eum, qui de homicidio suspectus, excusat dicatq; se non ab illo fuisse vulneratum, tunc enim in totum valet, ita ut haec alia indicia quamvis legitima enervet & reum à torturâ sublevet per l. 2. ad Sctum Silan. Carpz. Pr. Crim. q. 120. n. 58. & seq. Zæf. s. l. n. 26. Qvod ibidem limitat, nisi reus aliunde probetur noxius, quia remissio privata publico non præjudicat, neq; per eam crimina luuntur. Qvod si vero quis ad alium inculpandum & accusandum aliquid dicat, tunc non

B 2

est

est confessio, qvia est in præjudicium alterius. Nec alias etiam ut affer-  
tio valet, hinc nequidem indicium ad torturam facit. Posteriori casu,  
ut si quis confitetur in ultimâ voluntate, tunc hoc modo distingvo. Aut  
facta est ad liberandum aut ad obligandum. Ad liberandum dico,  
qvia per hoc intelligo debitorem, ut si testator dicat in testamento, de-  
bitor meus debitum suum rite recteq; mihi solvit. Ad obligandum,  
heredes indigit, qvando Testator dicit, Cajo Sejo centum debeo, sive  
addatur causa debendi, sive non, prout hoc in sequentibus fusius expli-  
cetur. Primo omnino affirmatur qvæstio, ita ut eodem modo, ac supra  
de eo, qvi extra testamentum in civilibus confitetur, dictum, talis con-  
fessio liberatoria valeat, & cum exceptione, qvæ eidem ex testamento  
competit, etiam actionem contra heredem ab liberandum habeat, l. 4.  
**C. de fals. caus. adject. Conf. etiam t. t. de Liber. Leg.** Altero, tunc subdi-  
stinguitur, an causa debendi simul tali confessioni obligatoriæ annexa,  
v. g. Sempronio 100. debeo ex locato conducto, An non, sed simplici-  
ter dictum Sempronio 100. debeo. Priori casu valida est confessio &  
heredes ad id obligantur ex illâ causâ, qvæ addita est, ita ut si quis Te-  
stator dixerit, Sejo ex emptione alicuius rei mobilis 40. debeo, here-  
des ex empto vendito conveniri possint. Nisi, errorem & causam non  
subesse, probare velint. Posteriori verò qværitur, an talis confessio ad-  
miniculum qvoddam habeat, & juramento confirmata sit, an non, &  
nuda tantum modò? Et hîc respondetur, qvod qvidem utroq; modo  
talis confessio operationem suam habeat, sed non uno eodemq; re-  
spectu: Nam si juramento confirmata est Testatoris confessio, tunc  
valet & heredes obligantur ob additum juramentum *per text. expressum*  
*in l. 37. §. 5. in fin. de Legat. 3. & l. 77. §. 23. de Leg. 2.* Qvod & procedit, si  
Testator tantummodo se hoc anteà Juramento firmasse affirmet *per d.l.*  
Si verò nuda sit confessio, tunc non qvidem valida est per se, ut confes-  
sio, & proinde ex illâ conveniri heres non potest, valet verò ut fidei-  
commissum, qvo referunt *Dd. l. 39. §. 1. de Leg. 3.* & conferri potest *l. 23.*  
*§. ult. de Liber. Legut.* Ultimum tamen & qvod de nuda confessione,  
qvæ vim fideicomissi obtinet dicta limitatur communiter, tunc ni-  
mitum verum esse, qvando heres non gravatur legitima, si enim hoc  
fit omnino, qvia nec exprestè gravari potest, ita nec tacite procedit,  
*Zæf. tit. de Confess. n. 19. & seq. Perez. in Cod. tit. eod. n. 22.*

Th. 14.

21.

Th. 14.

Causa Instrumentalis est vel Loqvela vel Scriptura vel Nutus. Loqvela, qvâ sit confessio, est, quando qvis coram hominibus fide dignis nuncupatur, & sic removetur illud, qvod tacens pro consentiente non habeatur, qvia nemo extra judicium ad respondendum cogi potest, arg. l. ult. ff. de Interrog. act. Limitatur autem si voluntas facta qvodam declaretur, ut si qvis centum deberet & solveret usuras.

Th. 15.

Reqviritur autem ut fiat verbis claris & perspicuis & concludentibus. Brunn. Repet. Wesemb. d. t. de Confess. q. 13. Per clara autem non tantum intelliguntur ea, qvæ circumstantiis suis expressa, sed & illa, qvæ de jure tacite præsumuntur, ut si qvis de crimine non capitali pascatur vel transigat l. transigere 18. C. de transact. l. 4. §. fin. l. 5. ff. de his, qvi not. infam, Brunn. in Repet. Wesemb. tit. de Transact. q. 21. & 29. Vel si mutus signis exprimat, ita ut confessio colligi possit, qvod & procedit, quando qvis nutu confitetur secundum ea, qvæ supra dicta Bl. ad l. 1. Col. 7. C. de Confess. Idem in Judiciali, sicutationi clausula adjecta, ut nisi intra tempus dictatum reus appareat, pro convicto & confessio sit habendus. Et porro, si contumax ad positiones actoris respondere nolit secundum c. 2. de Confess. in sexto. Differentia qvædam facienda est inter verba enunciativa & dispositiva. Illa qvia in ipsis non dicitur consistere voluntas nec stare per se, sed in alium transfire docente hoc fusius Vital. de Camban. Tr. Claus. c. 48. n. 1. & seq. p. m. 202. & c. 55. n. 17. & seq. p. 258. & seqq. non faciunt confessionem, ita ut aliquid probet.

Th. 16.

Scriptura fit, quando qvis Instrumento eoq; vel publico vel privato confitetur. Qvo etiam pertinent Epistolæ Credentialles, & describuntur esse eas, qvæ feruntur per illum, cui dicitur in eis esse credendum, ad eum, ad quem diriguntur, & nihil aliud continent, qvam petitum de fide adhibendâ dictis ejus, qui eas affert. Ratio hujus inventi redditur à Besoldo in Thesaur. Pr. sub voce Credenz Vrieffe/ qvia non expedit semper arcana literis committere, ne vel vulgus intelligat vel ipsæmet literæ intercipiantur vel subtrahantur vel amittantur, & hoc tanquam commune utile, tam apud mercatores & privatos, qvam apud Reges & Principes observari ob idem remonstrat.

Th. 17.

Th. 17.

Dicuntur autem, ut in hâc materiâ ulterius quid dicam, tales literæ duplicitis esse generis: aliæ generales, aliæ speciales: illas vocant, qvando continent verba generalia ad nullum actum speciale directa, ut si in eis dicatur, qvi vobis has obtulerit, in his, qvæ dixerit, adhibetis plenam fidem: Has verò, qvando directæ sunt ad aliquod negotium speciale, & dicatur, super hoc negotio afferenti plenam fidem tribuatis, prout hoc latè tractat *Masc. de Probat. Concl. 628. n. 1. & 8. Berlich. p. 1. concl. 36. & 56.* in utroq; modo conscriptis confessio contenta valet, & plenè probat contra scribentem, qvod contra alios, qvi hoc de generali negant, & elegantibus rationibus & argumentis defendit *Rulant. de Commiff. p. 2. l. 8. c. 14. n. 16. & seqq.* Obiter tandem de his, qvod hæ literæ, si à Regibus & Principibus legatis eorum dantur, differant ab instructionibus, ita ut hæ sint specialiores illis, & illæ præprimis & anteqvam officio suo fungi, penesq; eum, ad qvem missi audientiam postulant, porrigiq; debeat, qvod in his non opus, qvin imò facere prohibentur, docente hoc *Besoldo in Tr de Legat. p. 39.*

Th. 18.

Et (2.) Libri Mercatorum: in his enim & confessio contineri potest. Qvalem autem effectum habeant, &, an plenè vel serio plenè probent, de eo *vid. Carpz. P. 1. c. 37. n. 4.*

Th. 19.

Nutus deniq; confessionem inducit, per vulgare illud, qvod annuens pro consentiente habeatur, ex quo patet, nutum ipsum, qvi facto talis, non naturâ, confiteri posse de quo testis est. *Bl. in l. 1. C. de Confess.*

## CAP. III.

De

### Causa Materiali.

Th. I.

**M**ateriam Confessionis tractatur. Objectum primo notandum est, in quo nam illa consistat, & ad hoc respondeo, Confessionem fieri de omni re litigiosa, *Wesenb. in ff. tit. de Confess. n. 4.* & consistere in facto Participialiter sumpto vocabulo facti non nominaliter scil. eo, qvod jam contigit, unâ voce Præterito, non verò Præsenti, prout hoc ex

ex omnibus LL. ff. & Cod. clare patet, & quia alias confunditur confessio cum assertione merâ, quæ tam de re præsenti quam præterita & futura fieri potest, cum tamen reverâ differunt. Notandum tamen hic quod quando dico objectum confessiovis consistere in facto, jus eo ipso excludam, secundum Masc. Vol. 1. concl. 430. n. 77. ubi tamen casus excipiendus, si forte queratur de consuetudine alicujus loci, vel alio jure particulari, & ita quis confitetur aliquod horum esse. Factum autem iterum consideratur vel quatenus contingit in Civilibus vel in Feudalibus vel Criminalibus: Illo modo aut versamur in actibus inter vivos, sive versemur in petitorio sive possessorio aut mortis causa ut Testamentis, Codicillis &c. In Feudalibus, si Vasallus delictum vel feloniam præsente Domino confiteatur. de quo Schrader. Tr. de Feud. p. 9. part. 2. pr. sect. 13. n. 72.

## Th. 2.

Ut autem de omni facto Confessio ritè fieri possit, requiruntur (1.) ut jus & naturam recipiat l. 14. §. 1. ff. de Interrogat. in Jur. fac. Brunn. Repet. Wesenb. tit. de Interrog. in Jur. fac. q. 2. Masc. de Probat. Vol. 1. q. 7. n. 40. Sic jus confessionem non recipit, si dicat, se commodasse alicui equum, ita tamen ut singulis diebus & gr. det, quia commodatum gratis fit. Vel si Christianus se servum Judæi confitetur c. fin. X. de Judæis, aut infidelis se maritum C. 28. q. 1. c. cave quia utrumq; allegato Canone prohibetur, natura vero confessioni contradicit, se esse patrem Sejæ, cum tamen pares sint ætate. An vero confessio, si non quidem est contra jus & naturam, sed utrumq; recipit, falsa tamen valeat? Hoc docet l. 4. ff. de Confess. Ubi dicitur, si Sempronius occisus, & Titius confiteatur, se homicidium hoc commisisse, licet non perpetrasset, tamen ex confessio tenetur, à quocunq; etiam sit occisus. l. 23. in fin. ad Leg. Aqvil, licet probatio erroris nunquam excludatur.

## Th. 3.

Ut sit tale factum, de quo lis moveri posset, Wesenb. tit. de Confess. Alias enim vim obligandi non habet, immo nullius est momenti. Quapropter, si Titius confessus est liberum esse servum, sibi non præjudicat in noxali actione, prout hoc vid. in l. 13. §. 1. ff. de Interrog. in Jur. fac. Vel lis inter tales personas, quæ una alteram in Jus vocare non potest, quales sunt Pater & filius, Dominus & servus, intercedat, & ita confessio, de hac re facta, irrita omnino erit, cum inter eas nulla lis esse possit.

via.

*vid. Msc. de Prob. q. 7. n. 39.* idem observatur, si impubes, vel genitalibus carent, accusatus de adulterio, hoc confiteretur.

Th. 4.

Ut factum sit particulare, hoc est, ut confessio fiat de individuo certo, si enim in genere & de in certo facta, parum prodest, *l. 6. pr. de Confess.* quia in favorem confitentis hoc modo fit interpretatio. *Rot. Gen. Decis. 60. n. 8.* Casu hæc Thesis erit clarior v.g. Sempronius confessus se occidisse hominem, hæc confessio, licet Titius occisus sit, parum prodest, quia est de in certo, ideoque, si effectum habere debet opus est, ut dicat, se Titium interfecisse. Elegans tamen hoc casu differentia existit, inter Confessionem Judicialem & extrajudicialem. Si enim Judicialiter quis in certum & generale quid confessus est v. g. se furtum commisisse, vel hominem quendam occidisse, tunc cogi potest, ut certum confiteatur *l. 6. §. 1. ff. de Confess.* Hæc verò, quæ extrajudicialiter facta, planè nihil probat. *Bl. in l. qvoniā intelligitur ff. de his qui not. in fam. Bajard. ad Jul. Clar. q. 21. n. 129. Gomez de Delict. 1. 3. n. 8. Azo in Summa ad lit. C. de Conf. n. 5.*

Th. 5.

Ut factum sit in præjudicium confitentis & favorable. Hoc enim si non est, omnino nullum confessio habet effectum & vim nullam *l. 11. ff. de Interrog. act. l. 7. C. de Prob. Nov. 48. c. 1. §. 1. l. 8. §. 6. de bonor. poss. contr. tab. l. 26. §. f. deposit.* Hinc dicitur in c. 5. X. de eo, qui cogn. consanguin. &c., c. 5. X. de Divort. quod contra matrimonium publicè contractum nulla valeat Confessio, ad id nimis ut dissolvatur, ut si v. g. duæ personæ publicè contraxerint sponsalia & deinde confiteantur se non contraxisse. Quamvis bene confessio valeat in favorem matrimonii c. cum causam 6. de raptu. dummodo non sit contra aliud matrimonium. Quod & concedunt in votis *vid. spec. Durand. l. 2. p. 2. de Confess. § seqvitur videre n. 4.* simile exemplum est, si quis confiteretur, se esse ingenuum extra judicium tunc enim, quia hoc in judiciali non valeat, nec extra judicium valebit *l. interrogatam de liberal. caus. spec. d. l.* Huc etiam pertinet confessio dotis & non numeratae pecuniæ *l. in contractibus 24. C. de non num. pec.* ita ut licet quis confessus fuerit in Instrumento, se dotem recepisse, & nondum sit præscriptum, illa confessio omnino non valeat, si opus sit probatione *l. 1. C. de dot. caut. non num. de qua vid. plura ap. Dd. adh. t. C. de non num. pec. & d. t. de dot. caut non num.*

Qvod

Qvod autem favorable esse debeat, demonstrant. Dd. ex l. 22. 24, 39.  
C. de Liberal. caus.

21.

## CAP. IV.

### De Causa Formali.

**R**EPLICATAMATERIA ad formam accedimus, qvomodo rite inquam & legitime fieri debeat. Cum autem magnam hac in re cum judiciali habeat convenientiam, magnoperè qvoq; partim ab eâ differat, ideo que ad confusionem evitandam, dividemus formalia Confessionis in Consentanea & Dissentanea. Appellamus autem Consentanea, ea, qvæ ita speciebus hisce sunt communia, ut non saltem absq; illis effectum nullum, sed necesse regulariter qvidem habere possint. Hinc ad uitramq; reqviritur. (1.) Partis præsentia per l. 6. §. 3. de Confess. l. fin. de Interd. Consideratur autem illa præsentia utriusq; confitentis & adversarii ratione, ut æqvipollentia includat, sic confitens præsens est & esse debet, sive hoc fiat per Nuncium, sive per Procuratorem ad hoc specialiter instructum, sive per Epistolam, nihil enim interest, qvoq; horum modo fiat, adversarius verò, seu cuius gratiâ fit confessio præsens est & esse debet, si adsit ejus Advocatus, Negotiorum gestor, Cura-  
tor, Tutor, Nuncius, Procurator ad hoc instructus, ex generali ra-  
tione, qvod hi homines, qvicq; acquirant, non ipsis, sed Dominis & Principalibus eorum lucro cedat. Msc. de Probat. concl. 347. n. 5. Nec ad formale requisitum huc præsentia partis absq; ratione revocata, prout hoc à Dd. asseritur, de qvo vid. Hahn. ad Wesenb. n. 10. d. l. de Confess. verb. coram adversario & testibus. Siq; videm hoc non per suprà solùm alleg. §. 3. l. 6. de Confess. expressè probatur, sed etiam per optimam rationem, desumptam ex l. 47. pr. de Re Judic. Quemadmodum Ju-  
dicatum inter præsentes tantum valet, ita qvoq; confessio, qvia judica-  
to æqviparatur l. 1. ff. de Confess. Nec qvicq; facit in contrarium qvod si in scriptis facta sit, tunc qvia privata scripture contra scriben-  
tem probat, etiamsi is, ad qvem scriptum, absit, omnino etiam contra  
confitentem probet adversario non præsente arg. l. 25. §. fin. de Probat. Idq; multò magis in Confessione facta instrumentis publicis. Si verò vivâ voce facta, probatur à duobus testibus probata fidei l. 13. de non  
bono

C

num



num. pec. ideoq; partis præsentiam itidem non requirat. Ad hoc enim Resp. (1.) Admissâ differentiâ inter confessionem in scriptis factam & ore prolatam, ita ut eo casu partis præsentia non sit necessaria, qvamvis, si verum fateri licet, omnino, qvia scriptura semper loquitur, & per consequens tunc demum, quando talis Scriptura ad eum, in qvem directa, pervenit, ita scil. ut aliquid operatur, confessio fit, & in his præsentia adversarii requiratur, siquidem, prout suprà dictum, & quipollentia non excluduntur, & per epistolam quoq; fieri potest. Admissâ hanc differentiâ, tamen qvoad posterius membrum, si vivâ voce proleta, præcisè adversarii præsentia requiritur, ob supr. alleg. rationes & leges. Et ratio in contrarium planè nihil probat. Siquidem (L.) total. lex 13. de non num. pec. d. l. qvod duobus testibus probari debeat, neverbo quidem mentionem facit. (2.) Posito, qvod ex dicto Textu elici possit, confessionem à duobus probatae fidei testibus probari, tamen ex hoc non statim sequitur, Ergo confessio probat, siquidem & illud probari potest, qvod omnino in jure subsistere non potest. (3.) Respondeo, unius positionem non esse statim alterius exclusionem, sic, licet dicatur in alleg. l. 13. d. t. qvemlibet confessioni suæ stare obstrictum, tamen exinde non sequitur, Ergo adversarii præsentia contra expressos Textus Juris necessaria non est, sed potius subintelligendum, si confessio legitimè facta vid. Godofred. ibid. in not. lit. C. Vel denique respondetur, distingvendo inter effectum confessionis. Aut enim consideratur, qvatenus plenam facit fidem, qvemadmodum regulariter accipitur, aut qvatenus saltem semiplenam vel præsumptionem & indicium. Ad illam omnino præsentia partis recipitur, ad hanc vero non, & ita vera esse potest Dd. opinio, qui positioni meæ contrarium statuunt. Qvod autem confessio extrajudicialis parte absente facta, semiplene probet, de eo vid. Iarius Rot. Gen. de Mercat. Decif. 195. n. 6. & seq. Marsil. sing. 202. n. 2. Limitant hanc assertionem communiter, (1.) si fiat absente parte cum Juramento, prout hoc volunt Olrad. Consil. 291. & Bald. Consil. 243. (2.) Si freqvens continua & repetita, qvod transeat quasi in vocem publicam & famam Hippolyt. de Marsil. ad Rubr. C. de Probat. f. 108. (3.) Si liberationem contineat. (4.) In Criminalibus, si criminaliter agitur, non vero, si civiliter, ibi enim, præsentia partis nihil operatur, rationes dantur à Dd. (1.) Qvia in civilibus talis confessus habetur pro Judicato l. unic. C. de Confess. sed non

non in criminalibus l. perinde 25. ff. ad Leg. Aquil. (2.) Qvod in criminalibus tantum faciat indicium ad torturam aliud in civilibus, de quibus in c. olim n. 3. & seqq. X. de Rescript. ibid. alleg. 5. Quando fit ad exonerationem conscientiae, ut si quis moribundus dixerit se fuisse usutarium Felin. d.l. n. 8. Panorm. ad c. fin. X. de Success. ab intest. n. 19. Quamvis hic, sed minus accurate, jurementum requirat.

(II) Acceptatio. Hæc enim adeò necesse est, ut si intermissa, confessio non præjudicet secundum Practicos. Ubi tamen notandum, acceptationem esse duplicis generis, unam expressam, aliam tacitam. Illa fit verbis expressis & claris, hæc verò præsumptionibus. Hinc ad eandem refertur, si confessio ad instantiam alicujus fiat, quia tunc pro acceptata habetur. Vel si in scriptis fiat confessio, & is, ad quem emissa, penes se retineat argum. defumt. ex l. 65. de Procur. An autem ex omni taciturnitate præsumatur acceptatio ita ut expressa non egeat, de eo valdè oritur dubium, & patet Decisio ex hac Thesi. Consulatur insuper Masc. de Probat. Concl. 346. Minsing. C. 4. Obs. 51. Ungeb. ad Decret. tit. de Confess. n. 6. Acceptationem autem in continenti fieri debere, non verò ex intervallo, docet Masc. de Probat. Concl. 346. n. 13. Hippolyt. de Marsil. ad Rubr. C. de Probat. n. 126. ibid. alleg. Circa hanc doctrinam distingvenda sunt Civilia à Criminalibus, ita ut in his, si extra judicium facta non faciat plenam fidem, sed tantum indicium ad torturam, prout hoc Clar. §. fin. lib. 5. qvæst. 55. n. 4. Tusich. Concl. 637. n. 9. 10. 11. Referri quoque huc possunt limitationes suprà Thes. i. traditæ, si enim præsentia partis non requiritur, multò minus acceptatio. Ex hactenus dictis jam oritur qvæstio: An confessio qualificata pro parte acceptari possit? Et respondent Dd. distingvendo inter confessionem qualificatam extensamq; ad plura, qvæ simul cohærent, & connexa sunt, qvæ uno eodemq; tempore contingere potuerunt, ut eam Perez. C. b. t. n. 15. describit, & diversa ac separata capitula habentem, ita ut hac omnino dividiri & per consequens acceptari possit. e. g. si quis fatetur debitum, & simul annescit esse solutum it. si quis dicit, debeo tibi centum ex mutuo, & tu mihi centum ex pacto. Vel si quis pro parte summa debitam confessus est, illa etiam pro parte acceptari potest per l. 21. de R. C. Wamser Conf. 319. n. 3. & hanc taxativam appellant. Pauian. de Probat. l. 1. c. 25. n. 20. & seqq. Illa verò non, siquidem aliud sit factum

seu additum ad qualificandum primum in eadem oratione. e. g. si quis  
fatetur sponsalia conditionaliter, vel contractum, sed metu initum.  
*Wammser. Conf. 528. n. 11.* tunc eo à facto separari nequit & pro parte  
acceptari, pro parte verò reprobari non potest. *Hartm. Pistor. Pr.*  
*Quast. 16. n. 1. P. 4.* *Tiraquell. de Retract.* *Convent. s. fin. n. 4.* & alleg. à  
*Pistor. d. l.* Et quamvis formalia qualitatis in hoc ab aliquibus impu-  
gnentur, ita, ut distinctionem faciant, an qualitas per dictioñem ad-  
versativam. *Sed concepta*, an per similem, tamen hoc planè non refert,  
si quidem per quæ verba, modo eadem conceptione verborum qualiti-  
tas comprehendat, nihil interest, e. g. in totum acceptanda vel repro-  
banda est talis confessio, sive quis dicat, me à te accepisse pecuniam,  
cum hac tamen qualitate, quod de non petendo simul cum me pepi-  
gisti, An verò fateor debitum, at pactum de non petendo tecum inivi.  
*Hartm. Pistor. d. l. n. 2.* *Paci. in. de Probat. l. 1. c. 25. n. 28.* Limitatur verò po-  
sterius hoc membrum & acceptari posse pro parte confessionem qua-  
lificatam. si qualitas illa in continentia non annexa confessioni, sed de-  
mum ex post facto & intervallo addita, ut si primò pure & simpliciter  
confessus, & postea annexat qualitatem. *H. Pistor. d. l. n. 3.* *Klock Conf. 39.*  
*n. 131. vol. 2.* (2.) si qualitati falsitatem auctor probare velit, quia tunc  
licitum ipsi est confessionem absq; qualitate acceptare. *Pacian. de Pro-  
bat. d. c. 25. n. 27.* *H. Pistor. d. l. n. 7.* & alleg. à Brunn. in *Process. de Confess.*  
*n. 6.* (3.) si contra illam qualitatem militat præsumptio Juris c. cum  
venissent X. de Instit. Gail. l. 2. Obs. 106..n. 6. *H. Pistor. d. l. n. 8.* Brunn. ibid.,  
alleg. ut si quis homicidium confessus sit. *Conf. Zœf. ad h. t. ff. de Conf.*  
*n. 9. 10.* & seqq. Conferatur insuper prolixè de hac quæstione *Pacian. de*  
*Probat. d. c. 28. per tot. ibid. alleg.*

Th. 3.

Hæc, quæ breviter notare volui de Consentaneis, jam ad Dissen-  
tanea, seu ea, quibus ratione differentia specificæ Extrajudicialis Con-  
fessio à Judiciali separatur. Quorum (1.) ut fiat cum causâ, eaq; ve  
certâ ac speciali, l. *Publia 16. s. fin. ff. Deposit.* & l. *cum de indebito 25. s.*  
*fin. de Probat. l. 13. C. de non num. pec.* quia alias non videtur ex certâ  
scientiâ, sed potius ex abrupto facta *Felin. in c. si cautio 10. X. de fid. Instrum.*  
Dixi autem Confessionem fieri debere, cum causâ certâ ac speciali, ad  
excludendam (1.) Causam falsam, ea enim nihil juvat, & hinc nec  
quicquam probat, quapropter à Dd. causam non expressam & expres-  
sam

sicut quidem, sed falso, pari passu ambulare dicitur. — Spec. in tit. de Instrum. edit. §. ostendo 4. vers. quid si abbreviatura 17. Tiraquell. de Retract. Convent. §. 1. gl. 2. n. 11. Conf. l. Paulus de V. S. l. 2. §. 1. quemadmodum Testam. aperiant. (2.) Generalem, ut si quis dicat, accepi hanc rem ex contractu, quia talis confessio ambigua est, & non inducit obligacionem arg. l. 13. C. de non num. pec. ibid. Dd. Marsil. in l. 1. §. præterea n. 93. de quest. (3.) Obscuram & intelligentiam carentem, quia, ut in antecedentibus diximus, talis pro nulla habetur. Damhaud. Pr. Crim. Tit. de Civil. c. 173. n. 14. & alleg. à Mascal. de Probat. Concl. 345. n. 2. & seqq. Limitantur autem haec dicta ita, ut causa non requiratur, & tamen valida sit confessio. (1.) Si juramento confirmata in civilibus, quia talis jurata confessio deliberato animo facta censetur, arg. c. quamvis de Pact. in 6to. & juramentum vim habet clausula, quod actus valeat omnibus meliori modo l. cum p. iter 77. §. filius matrem. 23. de Leg. 2. Mascal. dict. Concl. 345. n. 36. (2.) Si sit liberatoria & ad quietandum directa. l. tale pactum 40. de Pact. Mascal. d. l. n. 40. ibid. alleg. (3.) Si donationem contineat, licet non expresso verbo donationis, quia & aliquando (Regulare enim hoc non est) ex conjecturis presumitur donatio, ut si quis alicui pecuniam daret simpliciter ad refectionem domus, quam quis alias non fuisset refecturus per l. sed si mors 13. §. fin. de donat. inter vir. & uxor. Felin. in c. si cautio 14. X. de fid. Instrum. n. 5. plura. (4.) Quando realis, prout eam Dd. vocant, est confessio, ut si quis dicat, res, quam possideo, est tua, quia tunc causa, licet non adjecta, valet. Felin. in d. c. si cautio n. 8. addit rationem, quod presumatur habita pro de relicto t. t. ff. pro Derelict. Conf. etiam Spec. tit. de Confess. §. nunc videndum. vers. in summa & vers. quod si confiteor. Quanvis hoc de Judiciali affirmet Mascal. d. Concl. 345. n. 20. (5.) Si in scriptis facta & conjecturalem tantummodo habeat causam, seu per conjecturas causa saltem constet. Felin. d. l. n. 13. Mascal. d. l. n. 51. Sic v.g. quando quis in scriptis confitetur, se accepisse certam pecuniam suminam, illa confessio omnino valet, quia presumitur in dubio ex causa mutui data, Gl. in l. cum quid ff. si cert. pet. H. Pistor. Obs. 39. n. 2. in fin. Dn. Carpzov. P. 1. C. 17. D. 39. n. 7. & seqq. in simili imperrime quoque responderunt Dn. Scabini Anno 1667. Mens. Octob. in causa Friederich Lehmgriibers von Breslau contra Marien Bosin von Zeis. Ubi dicta Maria Bosin confessa fuit inscriptis, se obligata esse Lehmgriubern certo tempore soluturā 37, taleros non

addita causa. Et nominatus Lehingruber Praetorem hujus loci im-  
ploravit, extractionem simul e libris suis cum obligatione illâ ad re-  
cognoscendum produxit, Rea vero exceptionem causæ omissæ op-  
posuit, hunc in modum: P. P. Würde Beklagte die von sich gestalte  
Vorschreibung recognosciren/ Inmassen Ihr sub penâ recogniti zu  
thun oblieget/ so wöre sie auch die libellirten 37. Rthr. sampe den verur-  
sachten Untosten auf vorhergehende Liquidation und Richterliche Er-  
mässigung Klägern zu bezahlen schuldig. (6.) Si sit geminata, ut si  
quis confessus se Titio 100. debere, licet non adjecterit causam, tamen  
si alio tempore confessionem hanc repetierit, valet, qvia tunc causa  
præsumitur, Masc. d. l. n. 52. Molina Tr. de Just. & Jur. Disp. 302. n. 3. &  
seqq. Struv. Exerc. 16. th. 52. Brunn. Repet. Wesenb. tit. d. R. C. q. 34. & ad  
L. & C. de non num. pec. Felin. in d. fin. si cautio n. 14. Afflct. Decis. Neapol.  
110. (7.) Si facta pio loco, ut Ecclesiae, civitati &c. qvia favore cau-  
sa confessum fuisse præsumitur, nec distinguitur, an facta sit in Testa-  
mento, vel extra illud, de quo latè Tiraqvell. Tr. de Privileg. piar. caus.  
109. & Felin. d. l. n. 6. (8.) Si pars adversa causam confessionis factæ  
probare velit, tunc licet non adjecta, probata tamen valet. Mascard. d.  
Concl. 145. n. 69. (9.) In genere limitatur hæc assertio ita, ut causa  
non requiratur, si effectum confessionis variè considero, qvamvis enim  
non faciat plenam probationem confessio absqve causa, tamen semi-  
plenam efficit, & facit locum esse Juramento in supplementum cui l. 5.  
C. de Probat. c. fin. X. de Success. ab Intest. inserviunt, §. nunc videndum  
vers. sed quæ est ratio. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. præterea n. 61. de quæst.  
& sing. 249. Mars. d. l. n. 26. (10.) Et ultimo, in ultimâ voluntate,  
interdum etiam sine causâ fieri potest, qvod qvomodo & qvando pro-  
cedat, vid. supr.

Th. 4.

Aliud adhuc Dd. addunt requisitum, niimirum ut confessio fiat  
coram hominibus fide dignis Strauch. Dissert. 25. th. 23. Verum qvia  
absq; præsentia testium confessio per se subsistere potest, ut in ea, qvæ  
in scriptis, fit, ideo ad eum, ut formale requisitum non requiri verius  
est, qvamvis ad probationem faciant, prout hoc in sequentibus fusius  
remonstretur.

Th. 5.

Relicta formâ, ad alterum capitum membrum probationem num-  
acce-

accedo. Ubi primo loco distingendum inter confessionem factam in scriptis & eam, quæ ore prolatæ, illa alia non opus habet probatione, quæ illa scriptura in quæ facta est confessio, sic si per Instrumentum publicum Testamentum, fuerit facta, parsq; adversa in nostro præprimis foro Sax. talem scripturam contra eum qui vel ipse confessus vel confitentis personam repræsentat ad re cognoscendum producat, tales personæ ad recognoscendum obstrictæ sunt, & ita hæc facta satis superq; probata est confessio. Hæc, quæ ore prolatæ, probatur testibus iisq; regulariter duobus, quia hi ad probationem plenam sufficiunt. Dixi autem regulariter quia inveniuntur casus, ubi quinque reverantur de quibus vid. l. 18. ibid. Brunn. de testib. & eleganter Schrader. de Feud. 2. p. 9. sect. 13. n. 74. Neapol. lib. 2. de causâ depos. Rubr. 33. n. 8. Num autem sufficient testes singulares? Ad hoc respondetur distingvendo inter singularitatem obstativam & diversificativam & cumulativam, ita ut in hac, et si testes singulares ad eundem tendant finem v.g. quando unus deponit de veritate facti, alter de confessione, omnino plena efficitur c. fin. X. de success. ab Intest. Secus in cæteris, quamvis interdum semiplenam faciant probationem vid. latè Mase. de Probat. (2.) Per Juramentum Judiciale scil. Quemadmodum enim super omni facto omniq; actu, qui non expressè reperitur prohibitus juramentum deferri potest l. 9. C. de R. C. ita quoq; super confessione modo causa ipsa, circa quam confessus est, juramentum admittat: quia huncquam videtur prohibitum. Accedit quod juramenti delatio species legitimæ ac ordinariæ sit probationis, vel saltem loco ejus habetur & sit subsidiaria ac privilegiata l. ult. §. 10. C. de Jur. deliber. l. 31. 38. ff. de Jurejurand. Carpz. P. 1. C. 12. D. 35. n. 3. & P. 1. C. 16. D. 11. n. 10.

## CAP. V.

Fine Effectu & Contrarii.

Finis prout capitis principium est, ita communis ferè omnium actuum, quibus quis in judicio convincitur, Veritas est, in specie vero is confessionis est, ut id, quod confessum, nulla egeat amplius probatione, sed sententiâ quasi sua damnatur l. 1. ff. de Confess. l. unic. C. d, t,

Th. 2.

Th. 2.

Confessionem Extrajudicialem causis principalioribus jam deductis sequitur effectus, qui ratione objecti varius. Fit enim vel in Civilibus vel Criminalibus, in Civilibus aut facit plenam aut Semiplenam fidem. Quando vero plenam, an semper confessione ritè facta? de eo non conveniunt inter se Dd. Hieronym. Thome Tr. de Confess. P. II. c. 6. Sect. 3. §. 1. eorum defendit opinionem, qui statuunt, quod confessio extrajudicialis sive parte præsente, sive eâ absente facta, si modò duobus probatæ fidei testibus confirmari possit, regulariter semiplenè, irregulariter vero plenè probet. Verum enim vero, si requisita hactenus recensita rectè examinentur, non possum, quin ab eius opinione recedam, potius contrarium statuens, quod confessio Extrajudicialis regulariter plenam, irregulariter vero semiplenam faciat fidem, prout ex l. 25. ff. de probat. l. si avinus §. in pecunia ff. de Legat. i. quoque colligi potest. In Criminalibus aut criminaliter aut civiliter agitur. Si criminaliter, facit indicium ad torturam, secundum Const. Carol. art. 31. So einer gnugsam oder von ihm selber überwiesen wird/dass er immotheiae Dinge gesagt hätte/dass er die betl. oder verdachte Misstethat gehabt hätte/re. Solches wird vor eine redliche Anzeigung gehalten/ vid. M. n. ac Presumpt. t. 1. q. 89. n. 215. Bojard. q. 21. n. 121. Masc. in concl. 350. vol. 1. Hahn. not. ad Wesenb. t. t. Dn. Tabor. de Tort. in analys. art. 31. d. Const. Carol. Si vero civiliter, tunc plenam facit fidem. Ita Bojard. in addit. ad Jul. Clar. q. 21. n. 127.

Th. 3.

Confessioni sunt contraria (1.) Ratione causa Efficientis, Erroris, metus, ira, Prodigalitas, Ebrietas, Furor, Dolus, Minorenitas, Revocatio &c. (2.) Ratione materiae, Factum ambiguum odiosum. Item de quo lis moveri non potest. (3.) Ratione Formæ, absenta partis, remissio, si causa non adjecta neque probata. Plura dici possunt de hac utilissimâ materiâ & forsitan quædam de Confessione Sacerotali dicenda fuissent, sed brevitatis studio hic finio & Disputationem hanc solenni voto

DEO SOLI GLORIA!

X2615893

KD77



# Farkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



1668, 31  
D.  
JURIDICA  
SSIONE  
DICIALI,  
R. LIPS. ORDINIS  
TATE  
DE  
XCELLENTISSIMO,  
ULTISSIMO  
MÆO LEON.  
ENDÖRFFERO,  
P.P. CELEBER.  
ATQVE PATRONO,  
T, OBSERVANTIAË  
SUSPICIENDO  
M VENTILATIONI  
CIT  
LIAS Magdeburg/  
SA, THUR.  
DR.  
ANNO M DC LXVIII.  
IÆ  
IS GEORGI.

21.